Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0001-0

A. 10.
Q

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0002-6

1. Corvinus, Laur., Hortulus Elegantiarum. Liptzk 1503. 1-32
2. Luciani Palinurus, Scipio Romanus, Heroica in Amorem
Asinus aureus, Bruti et Diogenis Cyriaci epistolae,
latine. Avignon 1497. Hain 10268 Ink. 1-38
Ce3 L-377
3. Mayno, Iason de, Oratio in matrimonium Maximiliani regis et Blancae Mariae reginae.
Earundem nuptiarum epithalamion Sebastiani Brant.
(Basileae 1494.). Ce3 M-413 Ink. 1-14
4. Wimpina, Conr., Oratio in recommendationem S.
Theologiae. Liptzk 1503. 1-18
5. ———, –, Oratio congratulatoria pro R. P. & D. D.
Melchiar. ibd. 1503. 1-8
6. ———, –, Oratio habita in exceptione R. P. & D. D.
Raymundi. ibd. 1503. 1-6
7. ———, –, Oratio invocatoria in missa quodlibeti
Lipsiensis. ibd. 1497. Ink. Hain *16197 1-12
8. Marscalcus, Nicol., Oratio habita Albiori ad promotionem primorum baccalaureorum. Witemb. 1503.
1-10 Ink.
9. Bonacursius, Orationes de vera nobilitate. s. l. & a.
HR 3458 ~~Hain *3545~~ 1-12
10. Elementale Introductorium in idioma Graecanicum.
s. l. & a. 1-4
11. Epitaphia quaedam mire vetustatis. Erphordiae
s. a., in aedibus Marscalci. 1-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0003-2

12. (Hesiodus.). Laus Musarum ex Hesiodi Theogonia. Coelii Lactantii carmen de anastasi Christi etc. Erphordiae 1501. 1–18

13. Beusselius, Jo., De incendio praetorii oppidi Rotemburgii elegidion. s. l. & a. 1–6

[Pollich, Matt. v. Mellerstadt]
14. Poema natale cuiusdam Electorii principis Septentrionalis. s. l. & a. 1–4

---

Zu 13 und 14: Jck? kein Schutz

8.1

Oratio habita a Nicolao Marſcalco Thurio Albiori acadæmia ĩ Ale mania iã nuperrima ad promo tionẽ primorũ baccalauriorũ numero q̃ttuor & uigĩti An no a natali Chriſtiano M. C.C.C.C.C.III. XV.KAL. FEB.

Panzer IX, 65.1.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0005-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0006-9

Vetuſtum ſane & celeberrimū ſemp̄ inſtitutū erat: patres & uiri excellentiſſimi: ut omnes qui uirtute aliquid dignum egiſſent ii corona merito donarētur. Atqui quom conſentaneum iam illud ſemper habitum ſit: ac inter omnes ſine controuerſia conueniat ut qui bene de uirtute meriti aliquā de ſe gloriæ ſpem eximiam præſtiterūt: & facinus aliquod egregium oſtenderunt præmium quoq; inde aliqd & laudem rerū ſuaꝝ clare geſtarū aliquādo reportarēt: nihil præſtātiustū a genere adhuc humāo aut ex cellentius p̄ tot ſæcula inuentū celebratūue ē q̄ ſacra illa coronaꝝ īſignia publicitus q̄ donāt: quo munere claro & conſpicuo non modo qui accepiūt ſoli ueluti præmio aſſecuto ingenti letarentur: uerum etiam ceteri ad ſimilia læti obeūda hoc incitabulo auguſtius quoq; inuitarentur pellicerenturq;. Coronarū autem uarium multiplexq; genus ſemp̄ in uſu erat. Nam triumphales quædam coronæ appellantur: quæ imperatoribus propter partā ex cōtinua iugiq; & indefecta uigilantia uictoriam: aureæ: immo īperatoribus iā nunc Romanis primulū ferreæ: deinde argenteæ: poſtremū aureæ: olim laureæ donabantur: ut quemadmodum uirore perpetuo laurus ipſa ſemper floret nec frondibus ſe ſpoliari nulla unquam uel uentorum ui aut cæli tēpeſtate patitur: ac ne fulminis quidē impetu unquam icitur: ita imperator ipſe fortis uniuerſa proſpicit uigilantia ſua ac cura uigili: opima a ſe ſpolia au

Triūphales corōæ glo. ī Cle .i. paragrapho porro de iureiu.

ferri non ſinit: & ab aduerſis qui eum adoriũtur ſub
ito fulminũ more neq; proſterni debet ullo pacto
neq; proſternari. Eis ſuccedunt ciuicæ militum uir/
Ciuicæ co tutis: ut ait Plinius: inſigne clariſſimum. Tãto hæ
rone Plini⁹ erant in precio ut nulli omnino hominum dona/
Homerus rentur. Deo ſoli dabantur. Homerus ob id cœlo tã
tum eas & prœlio tribuit uniuerſo. Primum omniũ
Liber pater ferunt Liberum patrem eam capiti ſuo ex hede
Romulus ra impoſuiſſe. Hac Romulus frondea Hoſtũ Hoſ/
tilium: quod Fidenã primus irrupiſſet: coronauit.
Ilignea primum fuit: poſtea placuit magis ex æſcu
Auguſt⁹ lo eam fieri arbore Ioui ſacra. Primus Diuus Augu
ſtus a genere eam humano accæpit. Datur hæc ci
qui patriæ muros primus ſcandens audentem irrũ
pere occidit: quiq; ciuem maluit ſeruare quam hoſ
tem occidere: ſed ut ſeruatus ipſe fateatur alias teſt
es nihil proſunt. & ut ciuis fuerit. Auxiliis quam re
ge ſeruato decus id nõ dant. Nec creſcit honos idẽ
imperatore conſeruato quoniam conditores ĩ quo
cumq; ciuem ſummum eſſe uoluerunt. Tanti hæc
erat ut ſemel accepta ludis perpetuo uti liceret. In
more fuit induenti ſemper aſſurgi etiam ab ſenatu.
Sedendi ius in proximo ſenatui. Omnium mune/
rum uacatio ipſi: ac nec tantũ ipſi: ſed & patri auoq;
paterno. Vnus omnium mortalium quattuorde/
Sicinius cim accepit Sicinius Dentatus. Cedunt his mura/
Dentatus les: uallareſq;: & aureæ: quanquã pretio anteceden/
tes. Cedunt & roſtratæ. O mores ut cũ Plinio ex/

clamemus ipſo æternos:q̄ tāta opa honore ſolo do Plinius
nauerūt:& cum reliquas coronas auro commenda
rent ſalutem ciuis ī precio eſſe noluerunt: clara ꝓ-
feſſione ſeruari quidē hominem nefas lucri cauſa.
Muraliscorona ei dabatur q̄ primus murū trāſcēde Muralis
bat. Vallaris:& alias nūcupata caſtrenſis:ē quā dat corona
imperator ei qui hoſtis caſtra primus introiuit. Ro Vallaris
ſtrata:alias naualis:quæ dabatur ei qui primus ho corona
ſtiū naues ingreſſus uictor egrediebatur:quæ & na Roſtrata
uium roſtris prædita erat. Oualis : quæ ex myrto corona
concinnabatur. Myrtus autem Veneris eſt arbuſ- Oualis
cula.Hæc eis dabatur qui per aphrodiſia non mar corona
tia triumphaſſent:ac non ex iuſto hoſte neq; ꝑ bel
lum rite indictum. Oleagina iis dabatur:qui quā Oleagina
uis in prœlio non fuiſſent triumphū tamen procu- corona
rarunt: ac non his qui haſta & ægide Palladis ſed
oleæ fuerunt uictores.Ad has & ſutiles ac ex mul- Sutilis
tis floribus plectiles nuncupatæ ſolennes fuerunt
quæ in cœnis olim & in potu præcipue atq; hilari-
tate:ut author eſt Plinius:uſurpabantur.Sunt & ti- Plinius
aræ quaſi ſit ſphæra media diuiſa parte una ī capite Tiare
impoſita inſtar pileoli rotundi geſtamen regum
barbarorum : quas ſolis regibus author eſt Sene- Seneca
ca:ferre datum eſt· Diadema διαδημα authore Sui Diadema
da εστι το βασιλικον ενδυμα : ideſt regiū ē indumē Suidas
tum ſiue corona:a uerbo διαδεειν græco hoc eſt
circumligare Ipſum uero diadema faſcia ē cādida
quæ regis capiti ſiue reginæ circumligatur:primus

Liber pr̄ hoc regũ inſigne Liber pater inuenit. Clerici i ca
pite coronam perferunt ſed in futuri regni ſignum.
duodecĩa Et quom tot tamq; uaria ac precii laboriſq; ingen
q.i.duo ſũt tis ſint coronarum genera ſummi tamen ordinis
coronam hoc eſt laureã qua ſoli olim imperatores
donabantur aduleſcentes iſti noſtri quos authorita
te ueſtra patres ac uiri præſtantiſſ. in hoc publico
celebriq; cõſeſſu ſum hodie corona donaturus: ex
petiuere: quanta opera: cura: peruigilatione: ſtudio
ac parſimonia benemerentiſſimi quis non uidet? ut
omnino contra officium factum uideatur ſi nõ tot
labores: eruditio non protrita: & parta monumen/
ta præmio quoq; a nobis exæquarentur iuſto: & æ/
quabili. Taceo genus: parentes: patriam: amicos:
educationem. Non corporis commemoro dex
teritatem: non aſſiduitatem nõ maxima animi bo
na: quicquid in his ſpectatur uirtus eſt: hæc penes
Plautus quẽ eſt omnia: ut Plautus ait: bona adſunt. Ferũt:
Baſilius quod & Baſilius cognomento Magnus renarrat:
Iudicium Herculi illi qui tot monſtra confecit: tot labores ꝑ
Herculis fecit: orbem totum quinquies obiuit: aduleſcenti
adhuc matronas duas ornatus monſtrabilis & pul
chritudinis admirandæ obuiam factas: uirtutis alte
ra: altera uoluptatis nomen præferebat: miro utrãq;
aiunt ac incredibili perſuadendi artificio ad ſe pel/
lexiſſe aduleſcentem. Ipſas pollicitationes ſcite & fe
Silius Ita ſtiuiter Silius Italicus in libro de bello punico qui
licus todecimo ita fere ceciniſſe uidetur.

Hinc uirtus: uirtuti inimica uoluptas? Voluptas.
At ſi me comitare puer non limite duro
Iam tibi decurret congreſſi temporis ætas.
Haud unquam trepidos abrumpet buccina ſomnos:
Non glaciē arctoam: non experire furentis
Ardorem cancri: nec menſas ſæpe cruento
Gramine cōpoſitas: aberit ſitis aſpera: & hauſtus
Sub galea puluis: partiq; timore labores.
Sed current albuſq; dies: horæq; ſerenæ:
Et molli dabitur uictu ſperare ſenectam.
Tunc uirtus quaſnā iuuenem florentib' inquit Virtus
Pellicis in fraudes annis? uitaq; tenebris
Cui ratio & magnæ cæleſtia ſemina mentis
Munere ſunt conceſſa deum: mortalib. alti
Quantū cælicolæ: tantundem animalib. iſti
Præcellunt cunctis: tribuit nanq; ipſa minores
Hos terris natura deos: ſed fœdere certo
Degeneres tenebris animas damnauit auernis.
Quippe nec ira deum tantū: nec tæla: nec hoſtes
Quantum ſola noces animis illapſa uoluptas.
Ebrietas tibi fida comes: tibi luxus & atris
Circa te ſemper uolitans infamia pennis.
Mecum honor & laudes: & læto gloria uultu:
Et decus: & niueis uictoria concolor alis.
Me cinctus lauri perducit ad aſtra triumphus.
Caſta mihi domus: & cælſo ſtant colle penates.
Aſpera principio: nec enim mihi fallere mos eſt.
Proſequitur labor: ad nitendum intrare uolenti

Nec bona conſcendunt quæ ſors inſida dediſſet.
Itaq; ut Hercules olī ille ita īgenui iſti aduleſcentes
noſtri quoq; uirtutē maxime ſunt imitati : ea nihil
ātiquius:nihil charius:aut pulchrius exiſtimart :q̄
Plutarch⁹ & nihil ē ut ī Ariſtide Plutarchus ait honeſtius:nih
il diuinius·Ea ſola uiuenti & mortuo ſtabilis eſt:ut
Baſilius Baſilius docet:ac firma poſſeſſio: cætera omnia nō
magis poſſidentium ſunt quā cuiuſq;:ut in talari lu
do huc illucq; tranſeuntia.
Mythologi Mythologi & philoſophi quod ne Fulgentius
Fulgenti⁹ quidem præteriit de deaꝝ formoſitate in Ida ſilua
Iudicium quod græce θεων κρισισ nuncupatur certamen ſa/
Alexandri pienter ſub Alexandro Paride iudice effinxerunt :
Paridis. ut uitam ita hominis tripartitam nobis interpretarē
Triplex tur. Theoreticam:practicā:philargicam. Eccleſia/
uita. ſtici contēplatiuā:actiuam :uoluptariam appellāt.
Pallas Tris deæ erant Minerua. Iuno. Venus. In Minerua
Iuno uita intelligitur contemplatiua: in Iunone actiua :
Venus per Venerem uoluptariā intelligi uolebant. Totū
hoc iudicium ad hominē ipſum tranſfertur:cui opi
fex ille rerum omniū liberum ab initio deligēdi ar/
bitrium tribuit:ut uitā quā uelit ſectari maxime ap/
pellet pro arbitrio & eligat:iudex autē paſtor eligi
tur quod is ad uoluptatem magis ac libidinē ocu/
los habeat ꝓnos. Fertur Mercurius Iouis omnipotē
pomum tis iuſſu pomum ſeu aureum ſiue inauratum fuerit
hoc certe lemmate inſcriptum·Hoc munus formo
ſior habeto:ad Alexandrū Paridem paſtorem de/

5

tuliſſe: iubens ut malum illud caperet & inter certã
tes deas pulcherrimæ daret. Apud Lucianum itaq; Lucianus
philoſophum in Paridis iudicio ita Mercurius a Io Mercurius
ue miſſus inquit σε ω παρι κελευει ο ζευσ επειδη κα
λοσ τε αυτοσ ει και σοφοσ τα ερωτικα δικασαι ταισ θε
αισ: quod latine eſt. O Pari te iubet Iuppiter cum
pulcher ſis & amatoria calleas: iudicare inter deas
de formoſitate. Tanto ergo imperio commonefac
tus Alexãder deas ipſas curioſe ſpectat: cuiuſq; pol
licitationes ſigillatim & accurate audit. Veneri prĩ/
cipatum tribuit. Apud eundem Lucianum iſta Iu/ Iuno
no ad Paridem profatur. ενγαρ με ω παρι δικασησ
ειναι καλην απασησ εστη τησ ασιασ δεσποτησ: quod
latine ẽ. Si me o Pari pulchrã eſſe iudicaueris te do
minum totius Aſiæ conſtituam. Sequentia Venus Venus
υπισχνουμαι δησοι την ελενην παραδωσεν γυναικα
και ακολουθησειν γε επαυτην και αφιξεσθαι παρυμασ
εισ την αλιον και αυτη παρεσομαι και συμπραξοτα
παντα: quod eſt latine. Promitto o Pari Helenam
uxorem tibi me daturam: ad uos Ilium uenturam
ipſa adero & in omnibus opitulabor. Hæc ſunt pa
tres & uiri præſtantiſſ. quæ maxime in uita actiua
& uoluptaria deſiderari ſolent diuitiæ & uoluptas.
Quorſum hæc: niſi ut intelligatis quam fuerint a/
duleſcentes iſti noſtri cauti & prouidi in uita beata
deligenda: quam prompti ac celeres & expediti in
Pallade imitanda & contemplandi ſtudio: quã fu/
erint longe a paſtoria illa & uulgaria aliorum opi/

nione alieni : Paupertas his læta & a dulci pa/
tria durum propter ingenuas artes exilium diuitiis
omnibus pulchrius : pudicitia iis caſtimoniaq; &
uitæ integritas omni uoluptate & aphrodiſiis ſua/
uior . Ampla reuera imperia & nimiæ quæ expe/
tuntur opes tot tamq; uarias & undiq; circumfuſas:
Plutarchꝰ ut Plutarchus in Hannibale docet : moleſtias ha/
Theocri- bent ut non minus uere quam eleganter a Theocri
tus to cui author idem ſubſcribit ſit dictum·
Non mihi ſunt opes Pelopis: nec multa talenta:
Nec celeri curſu uentos ſuperare fugaces.
At uacuo curis liceat cantare ſub antro.
Et procul e ſpecula mare ſpectare profundum.
Diuitias ergo Iuno: uoluptatem Venus iactat: Pal
las parſimoniam: uerecūdiā : pudicitiā: caſtiratem:
ſedulitatē. His gradibꝰ ad diſciplinas: ad ſapiētiā ad
uirtutes r̄liq̄s aſſequēdaſ: & ſūmā felicitatē: nihil p̄ſtā
ius: nihil ſalubrius: aut utiliꝰ: a q̄bus q̄ ſūt uacui &
in quibus illa deſiderantur tantum a philoſophiæ
adhuc & ſapientiæ ſtudio & amore abſunt ut ſit ni
hil ipſi ſapientiæ aut alienum magis aut refractari/
um . Quāobrem ipſam obſecro patres: ac uiri præſ
tantiſſimi: Palladem iam pro ſe loquentem perſua
dentemq; animaduertite.

γαστρος μεν πρωτιστα και υπνος και φιλοτητος: id/
ē Venter: pluma: Venus: laudē fugienda ſequenti.
Eius eſt ſapiens iſtud inſtitutum: νομιζε γημας δο/
υλος ειναι τω βιω ο μη γαμων ανθρωπος ουκ εχει κα

κα :hoc eſt. Cogitato ſi duxeris uxorem te ĩ omni
uita ſeruum fore : uir ſine uxore malorum expers
eſt. Egregium hoc. γυνη δε χρηστη πηδαλιον εστι ο
ικασ: ideſt uxor bona gubernaculũ ẽ domus. Infa
me illud. γυνη γυναικοσ ποπο τουδεν διαφερει: hoc
eſt. Nihil fœmina differt a fœmina. Item εν γαρ γυν
αιξι πιστι ουκεν εστι ιδειν: ideſt. In fœminis uidere
fidem non licet. Et. θαλασσα και πυρ και γυνη κακα
τρια: hoc eſt. mare. ignis: fœmina ſunt mala tria. Sa
piens eſt & Aeſopi fabulatoris phrygii illa admo/ Aeſopus
nitio· τη γυναικι μηδεποτε πιστευσησ αποῤῥητα:
ideſt. Fœminæ nunquã arcana concredideris: κου/
φον γαρ των γυναικων εστι φυλον: hoc eſt. Infi/
dum .n. eſt genus fœminarum. φιλιασ μεγιστοσ
δεσμοσ αιτεκνοσ γοναι: ideſt. Beniuolentiæ qui/
dem coniugalis maximum uinculum eſt ſoboles:
quod &·M. Tullius de finibus bonorum & malo Cicero
rũ libro quarto ꝓbat: cõſentaneũ ſcribẽs eſſe natu
ræ ut ſapiens uelit uxorem ſibi adiungere & ex ea
liberos procreare: Idem & Homerus noſter man/ Vergilius
tuanus ex Iunonis oraculo ad Aeolum carmine ſe
quutus ſiue potius proſecutus eſt libro Aeneidos
primo.

Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ:
Quarũ quæ forma pulcherrima Deiopeiam
Coniugio iũgam ſtabili: propriamq; dicabo.
Omnes ut tecum meritis pro talibus annos

Exigat: & pulchra faciat te prole parentem.

Plato — Plato quoq; ille qui diuinus appellatur idem præ/cipit: ut unuſquiſq; uxorem ducat qui uero nõ dux erit pecunia mulctetur atq; dedecore. Non ignorat

Seneca — Pallas ut cuius eſt omnia meminiſſe quæ Seneca eleganter tragicus ſcripſerit in hippolyto florem uirginitatis diſſuadens.

Prouidit ille maximus mundi parens:
Quum tã rapaces cerneret fati minas:
Vt damna ſemper ſobole repareret noua,
Excedat agedum rebus humanis Venus
Quæ ſupplet ac reſtituit humanum genus
Orbis iacebit ſqualido turpis ſitu·
Vacuum ſine ullis claſſibus ſtabit mare.
Aleſq; cælo deerit: & ſiluis feræ.
Solis & aer peruius uentis erit.
Quã uaria lethi genera mortalem trahunt
Carpũtq; turbam: pontus: & ferrum: & doli
Sed fata credas deeſſe: ſic atram Styga
Iam petimus ultro.

Plato — Plato uero ĩ ſecũdo Alcibiadis libro de uoto ita ait Innenies præterea codẽ pacto nonnullos homines qui filios uotis exoptant at cum filios adepti ſunt in calamitates doloreſq; maximos incidunt. Nam plæriq; quum nati per omnem ætatem improbi p/ſeuerent uitam mœrore conficiunt. Qui uero probos filios nacti aduerſo quodam caſu illis orban/tur nihilominus quam ſuperiores illi miſeri ſunt ut

prorſus eligerent ſe nunquam filios genuiſſe: Magna fateor laus eſt & comitas immenſa Martiæ quæ Hortenſio: Terentiæ quæ Tullio: Calphurniæ quæ Plinio: Pudentillæ quæ Apuleio: legentibus meditantibuſq; candelas tenuiſſe ferunt & cãdelabra. Diuus Hieronymus ſcribit multa eſſe q̃ præclara ĩgenia nobilitẽt: mulieris uirtutẽ ꝓprie pudicitiã eſſe. At Herodot⁹ uir grauis & hiſtoriæ parẽs ſcribit q̃d mulier cũ ueſte deponat & uerecũdiã. Bias Prienẽ⁹ un⁹ ex ſepẽ ſapiẽtib⁹ q̃rẽti an ducẽda eſſet uxor: aut pulchram reſpõſitauit duces aut deformẽ. ſi pulchram habebis communem: ſi turpem pœnam habebis. Statã uero exoptas: ac quæris quod nec Fauorinus philoſophus apud A. Gellium improbat: rara eſt auis ut Iunius inquit Aquinas in terris nigroq; ſimillima cygno. Scribit de uario gemino oratore Diuus Hieronymus ad Damaſum papam de fidei interpretatione melius eſſe habitare in angulo tecti quam cum uxore maledica in domo. Idẽ quoq; ait per tria quidem moueri terram: quartũ autem perferre non poſſe. Si ſeruus regnet: & ſtultus ſi ſaturetur panibus: & odioſa uxor ſi habeat uirum bonum: & ancilla ſi eiiciat dominam ſuã. Sapiens quoq; uir Pythagoras Samius: qui philoſophiæ nomen primus inueniſſe dicitur: hirundinem docet domi non eſſe recipiendã. Hieronymus uero Diuus cum diſputat ex aureolo Theophraſti libro de nuptiis an ſit ſapienti ducenda uxor ita feſti

Martia
Horteſius
Terentia
Calphur·
Pudẽtilla
Hierony.
Bias Prie
Phauori/
A. Gellius
Iuuenalis
Hierony.
Pythago
Hierony.

uiter ait. Equus: aſin⁹: bos: canis: & uiliſſima mãci pia: ueſtes quoq;: & lebetes: ſedile ligneũ: calix: & urceolus fictilis probantur prius & ſic emuntur: ſo la uxor non oſtenditur ne ante diſpliceat quam du catur. Pauperem alere difficile eſt: diuitẽ ferre tor/ mentum. Et quid prodeſt? ut Theophraſtus ait: di ligens etiam cuſtodia cum uxor ſeruari impudica non poſſit: pudica non debeat. Infida enim cuſtos ẽ caſtitatis neceſſitas. Pulchra cito adamatur: fœda facile cuſtoditur. Quod plures amãt poſſidere mo leſtum eſt: anxium quod nemo habere dignetur. Minore tamen miſeria deformis habetur quam for moſa ſeruatur. Socrates philoſophus Xantippen & Myro neptem Ariſtidis ducis uxores fertur ha/ buiſſe: quot ab illis conuicia paſſus? naribus eum ſimis appellitabant: & fronte recaluatula perfuſus aqua etiam ab Xantippe patiẽter & philoſophi mo re ferens respondit. Sciebam futurũ ut iſta tonitrua ĩber aliqñ ſeq̃ret. Preterea Heſiod⁹ ĩ Theogõia ait Talis ĩ hũanis pri⁹ ab Ioue fœia reb⁹ Eſt data flagi/ tiis hõinẽ q̃ ledat ĩiqs. Et Pacuui⁹ poeta comic⁹ Ari o uicio ſuo ita flẽs ait. Amice arborẽ habeo ĩ horto meo infœlicem de qua prima uxor mea ſe ſuſpen/ dit: poſtmodum ſecunda: iam nũc tertia: cui Arius reſpondit. Miror te in tot ſucceſſibus lachrymas in ueniſſe: & iterum. Dii boni quot tibi diſpendia ar/ bor illa ſuſpendit: & tertio. Amice da mihi de arbo re illa ſurculos quos ſeram. Cato quoq; apud Plu

Theophraſtus

Socrates

Herodot⁹

Pacuuius

Cato

tarchum de uxoria poteſtate ita loquitur. Omnes Plutarch⁹
homines uxoribus imperant: nos omnibus homi
nibus: nobis autem uxores. Et Themiſtocles apđ Themiſto
eundem grauiter & prudenter quum ſibi filius ma cles
tris itercesſione plæraq; iuberet: o uxor iquit Athe
nienſes græcis imperāt: ego Atheniēſibus: tu mihi:
tibi filius. Epicurus item uoluptatis alioquin aſſer Epicurus
tor: quanquam Metrodorus diſcipulus eius Leon
tiam habuerit uxorem: raro dicit ſapienti ineunda
coniugia: quia multa incōmoda admixta ſunt nup
tiis. Et nobilis quoq; Romanus Paulus Aemilius
cum eum amici arguerent quod uxorem Papyriā
Naſonis uiri conſularis filiam formoſam: caſtam:
diuitem repudiaſſet relatum eſt in litteras pedem
eum protendiſſe & dixiſſe: & hic calceus quem cer
nitis uidetur uobis nouus & elegans ſed nemo ſcit
præter me ubi me premat. Cicero rogatus ab Hir Cicero
cio ut poſt Terentiæ repudium ſororem eius duce
ret: omnino facere recuſauit. Vxori ſe & philoſo/
phiæ pariter operam dare non poſſe reſpondit. Il
la interim coniunx egregia & quæ de fontibus tul
lianis hauſerat ſapientiam nupſit Saluſtio inimico
eius: & tertio Meſſalæ Coruino ac quaſi per quoſ/
dam gradus eloquentiæ deuoluta eſt. Leguntur
quædam repudiatæ altero ſtatim nuptiarū die nup
ſiſſe. Vterq; authore diuo Hieronymo iure reprehē Hierony.

dēdus maritus:&cui tā cito diſplicuit:& cui tā cito
Terentius placuit.Fortunatū Terēti⁹putat q̄ uxorē nūq̄ duxit
Plautus Ad hec Plaut⁹uerbis ait plautiniſſis Vxorē duxi: ipe
riū uēdidi. Nihil ergo hoꝝ iſti nr̄i cādidati adhuc a
duleſcētes nouere:un⁹iugis & īcōtemerat⁹& caſt⁹ ī
Pallade his uirgine hactenus amor: obſequentiſſi
maq; obſeruatio : a qua uiciſſim & comiter ſūt ha
biti & tā ſanctas :tā uarias recepere diſcipliās : qua
rum accepimus in ipſa recognitione periculum: ꝑ
quas chari nobis omnib. ipſis ſibi chariſſimi ſunt
facti:unam Palladem poſſidentes:& ab una Palla
Valerius de poſſeſſi Scriptum ad Rufinum reliquit Valerius
id quod diuus repetit Hieronymus : quod Can
nius a Gadibus Herculis poeta facundiæ lenis &
iocundæ reprehenſus eſt a Liuio pœno graui & ux
orato hiſtoriographo quod multarū gauderet amo
rib.his uerbis. Noſtrā philoſophiā participare nō
po teris dū a tot participaris. Quaſob res prudēter
iſti nr̄i uere cādidatuli prēs & uiri excellētiſſ. feciſſe
exiſtimādi ſūt:qui una cōtēti uirgine Pallade ſanc
te philoſophantur:qui cum iam ſapientiæ ſtudioſi
euaſerunt ſecum habent omnes qui ſunt quiq; un
quam fuerant boni:& animum quocunq; uolunt
tranſferre liberum· Accipite ergo fortunati aduleſ/
centes læto iam animo: & cū ſpe interī ad maiora
uēturos aliqn̄ uos ſūma ab ore nr̄o e bacca Palla/
dis lauream:præmium in preſens laborum quos a
teneris omnes annis diuæ illi uirgini dedicaſtis :

ut iã ſitis omnes & ſitis ſinguli acadæmiæ huius no
ſtræ nuptimæ cũ magno ac memorabili ueſtro no
ſtroq; omnium honore artium ingenuarum Bacca
laurii: ut appellãtur: toti Alemãniæ cognobiles ac
perinde uenerandi. In nomine patris & filii & ſpi-
ritusſancti.

A M E N.

## GRATIARVM ACTIO

Gratias iam poſt deum optimum maximum pro
more immortales habeo D. Fœderico: ſacro ſancti
Ro. imperii Archimarſcalco: electori principi: ac
D. Ioãni germano eius: ducibus Saſoniæ illuſtriſſ.
acadæmiæ huius noſtræ inclytæ conditoribus pien
tiſſ. Deinde tibi Martyno Polichio Mellerſtadio:
archiiatro eruditiſſimo hũaniſſimoq;: moderatori
principi noſtro primo benemerentiſſimo: ac reue-
rendo patri Goſuino de Orſa cœnobii Rutilimon
tis ordinis diui Antonii præceptori: Cancellario
noſtro digniſſimo. Simul & religioſo patri Ioanni
Stupitio litteraturæ eccleſiaſticæ profeſſori: & Guol
fgango Stehelin ciuilis pontificiiq; iuris interpreti:
ordinariis noſtris phamatiſſimis: præceptoribus
meis. Itẽq; Hermanno Cæſari: Caliboritano artiũ
ingenuarum magiſtro: ac litterarum diuinarũ bac-
calaurio: tẽpli Sãctoꝝ oĩm urbis albiorene præpo

ſito: Ioanni quoq; Eppe profeſſionis artium bonã
rum decano uiro ſane doctiſſimo integerrimoq;:
ac Dionyſio Celti Hercynio philoſopho acutiſſ.
uobiſq; reliquis diſciplinarũ magiſtris encyclicarũ
& tibi Germano Buſchio Paſiphilo ſtudiorum cõ
muniũ interpreti ordinario : pariter & uobis Bacca
lauriis: ſcholaſticis: ciuibus omnibus. Veſtra nobis
præſentia nihil aut dignius in hoc ſpectaculo
tam iocundo aut ſplendidius eſſe poterat: nihil cha
rius: nihil optatius Cõmendant ſe tropheophori
iam iſti rei litterariæ tyrones uobis. At ego uos am
ore: obſeruatione: famulitio meo proſequar.

DIXI.

Impreſſum Albiori in Saſſonia
Anno a natali Chriſtia
no M.C.C.C.C.
C.III.XV.
KAL:
FEB.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0024-8

Cb 3494. 8

Hierin: 4 Ink.

Inkunabel-
Magazin

Rest. Schm.
Jan. 92

N. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0025-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0026-0

habita a Nicolao Marſcalcõ
rio Albiori acadæmia ĩ Ale
nia iã nuperrima ad promo
nẽ primorũ baccalauriorũ
umeroq̃ttuor & uigĩti An
no a natali Chriſtiano M.
C.C.C.C.C.III.
XV.KAL.
FEB.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-495041-p0027-5